



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De misero atque inutili impiorum labore. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

amittere met⁹ fuerat, iam di-
tere gaudiū erat. Eiiciebas
eas à me, vera tu & summa fu-
tas, eiiciebas & intrabas
eis omni voluptate dulci
sed non carni & sanguini
luce clarior, sed homini se-
interiori: omni honore su-
mior sed non sublimis in se.

De misero atque inuti-
li impiorum
labore.

50.

Retia dum texit, sua viscera perdit Arachus,
Et sese misero stulta labore necat.
Ecquid enim tennes contextit aranea telas?
Ut muscas laqueis implicet ipsa suis.
Huic igitur, quæ se præda tum vilis amore
Perdit, eum similem dicere iure queas,
Qui fluxas dum quarit opes, dum captat honores,
Dum quoque delicias expetit, ipse perit.

S C H O L I A.

Retia dum texit) Inter plu-
mas similitudines, quas veteres

Theologi adhibuerunt, vt ostenderent quàm vano & misero labore se in rebus fluxis & fragilib⁹ impij conficiant, meo quidem iudicio vix vllam reperire est, quæ expressius huiusmodi miseriam nobis ob oculos ponat, quàm sit illa qua Bernardus in lib. de Conuers. ad Cler. vtitur, vbi duritiei & impœnitentiæ hominũ impiorum causam interiori cuidam stupiditati ascribens, paulò post ita loquitur. Quid mirum si propriam minimè sentiat anima læsionem, quæ, sui ipsius oblita, & penitus absens sibi, in longinquam profecta est regionem? Erit autem cum in semetipsum reuersa, cognoscat quàm crudeliter miseræ venationis obtentu euisceravit semetipsam. Neque enim id sentire poterat, dum vilè muscarum prædam desiderio

Cap. 45

S A C R A

captans insatiabili, araneam
star, ex visceribus propriis
xere retia videretur.

De eleemosina: & quod im-
probo viro nocere
nequeat.

SI.

Astronomus quidam (sic finxit prisca vetustas)
Regina abscissam vexit ad astra comam.
Is tamen haud astris illam intulit. Ille capillos
Cælo infert, inopes qui miseratus alit.
Crinis opes, crinis fluxos designat honores,
Et vitam, poterit quam resecare Doeg.
Sed licet *U* barbam secet improbus, atque capillos
Nil tamen is iusti prorsus in ossa potest.

S C H O L I A.

Astronomus quidam) Berenice
Ptolomei Euergetis vxor, viri
longinqua regione bellū gerens
hoc voto se obstrinxit, vt filii
spes ille & incolumis rediret
comam suam diis consecraret.
Quo quidem etiam voto
mariti reditum defuncta est.